

MULLERI
DEVIC' T9
[Handwritten signature]



Continentur hoc volumine.

1. D. Job. Müllern Atheismus Devictus.
2. M. Jani Atheus refutatus et ad veram religionem conversus sub p̄sidio D. Nienāij
3. D. Kortholt de Religione naturali contra Naturalistas et Remonstrantes p̄ Lic. A. Franck.
4. D. I. Musaej questio; An ductu luminis nature et principiorum rationis homo ad salutem aeternam pertinere possit?
5. D. Petri Musaej Oratio contra Atheos cum malis bona in hac vita contingant.
6. Bechmannij disp. de Deo quatenus ex lumine nature cognosci potest. R. Reimer.
7. Frölinojij disp. De Deo lumine rationis cognoscibili R. Lübbren.
8. M. Swiggenij disp. de Attributis Divinis an ea inter se et ab essentia differant. et quomodo ea inter se et ab essentia differant. R. Herings.
9. M. Hundabagon de Unitate Dei R. Wendeling.
10. M. B. Müller de Summa Dei perfectione R. Dommer.
11. M. B. Müller de quibusdam Distinctionibus Unitatis Divinae R. Schultesius.
12. M. Spruthenij de propagine animae rationalis R. Laubingom.

Sammelband

67
26

Q. D. B. V.

EXERCITATIO HISTORICO-
PHILOLOGICA

De

G E N I I S

**DEORUM ET HO-
MINUM,**

Quam

benevolo Amplissimi Philosophorum Ordinis
consensu,

in illustri propter Salam Academia

PRÆSIDE

M. GEORGIO Wonna/

Poët. L. Cæsar.

publico examini sistet

LUDOLPHUS OTTO STECHAU,

Ulzensis Luneburgicus,


pridie Cal. Februar.

anno MDCCCLXIII.

Literis KREBSIANIS.

GEORGE WASHINGTON
DORSETT HOUSE
MILWAUKEE
WISCONSIN
JANUARY 1800





Θεῶν σὺν παλάμα.

Exercitationis Historico-Philologicæ
De
**GENIIS DEORUM ET
HOMINUM,**
CAPUT PRIMUM

De Geniis Deorum. *Genius Jovialis. Pales, masculini generis, Jovis minister & villicus. Genius Junonis, Inscriptiones veteres de Genio Numinis fontis & de Genio Plutonis. Genius Deorum videtur Barthio Numen ab essentia Deorum diversum. Barthi lectio Arnobiana notatur a Godescalco Stewechio & Desiderio Heraldo. Affertur historia servi furciferi Ludis Circensibus per Circum traducti. Genii Deorum quandoq; nominibus eorum vocati.*

§. I.

PHILOLOGIAM si quis infinitum rerum humanarum divinarumque ac scientiarum omnium Oceanum dixerit, næ ille omnium doctorum, & illorum, quibus hoc pelagus enavigandum est, consensum sibi suffragantem habet. Ex illo in cymbam nostram susceperamus GENIOS, ac ante triennium in illustri hoc Athenæo in ea, quæ de istis supersticiosa Antiquitas finxit, nonnulla auspicati sumus commentari. Interruptæ autem sunt sequenti anno operæ nostræ, quas ne nunc quidem tempus ad finem deducere permittit. Selegimus interea, quamvis extemporalis stylo, ex illo cumulo rerum, si sic loqui conceditur; *Genialium*, exhibendos GENIOS DEORUM ET HOMINUM, alias Exercitationes plures, vel etiam pleniorum tractatum de GENIIS commodiori tempore reservantes.

A 2

Ica

§. 2. Deos sicut ultra fastigium humanum majestas
evexit, ita eorum Geniis primum locum damus. Ipse De-
um a

a Virg. Æn. 4.
v. 268.

Regnator, cœlum & terras, qui numine torquet,
Genio apud gentes non potuit carere. Jovialem namque
Genium apud Arnobium diserte legas. Cæsius, ß inquit,
& ipse id sequens Fortunam arbitratur & Cererem, Genium
Jovialem ac Palem. Exponit dein quis Pales fuerit ita,
ut eundem quoque fortasse Genium Jovis vocari posse quis
suspicietur. Palem, ait, sed non illam fœminam, quam vul-
garitas accipit, sed masculini nescio quem generis mini-
strum Jovis ac villicum. Et porro γ: Eritne spes aliqua
referenda ab his opis, si Ceres, Pales, Fortuna, Jovialis aut
Genius, non Neptunus & Apollo, Penates Dii erunt?
Occurrit præterea apud δ Minutium Felicem memoria
Genii Jovis. Est eis, scribit, tutius per Jovis Genium pe-
jerare quam Regis. Jungenda

β l. 3. contra
Geni.

γ l. c. in ca. fin.

δ in O. 7. 4. 9.

ε Virg. Æn. 1.
v. 46.

ζ l. 1. de nuptiis
Mercur. & Phil.
in Inscript. p. 94.
n. 7.

& Divum Regina Jovisq;
Et soror & conjunx, cujus Genius nobis observatus est apud
ζ Martianum Capellam. Legimus & Genium Numinis
fontis apud η Gruterum.

GENIO
NUMINIS
FONTIS. SERMON
CHRYSEROS
CAESARIS
NOSTRI. LIB
GANGALA

In prisca etiam Inscriptioe ipsi Plutoni, ad quem viven-
tium omnium spiritus, velut ditissimum omnium Deo-
rum convenire dicebantur, Genius quidam specialis assi-
gnatur.

θ Gruter. p. 1073.
n. 9.

ι l. 52. Adversar.
1372.

θ. GENIO. PLUT. S
M. FAB. PHILEROS
EX. S. ARAM. F. C
§. 3. Cæterum existimat i. Barthius Genium
Deorum Numen fuisse, sed ab eorum essentia diversum.

Ita

Ita videtur eidem non de se, sed de suo Numine loqui Ju-
no apud *Virgilium* :

Æn. 7. 8. 310.

*Quod si mea Numina non sunt
Magna satis, dubitem haud equidem implorare
quod usquam est.*

*λ. l. 6. Meta-
morph.*

Inde eadem, ut *idem* vult, apud *λ. Apulejum*, supplicanti
Psyche sele cum totius sui Numinis augusta dignitate præ-
sentat. Ac *Ceres* ad *Psyche* de *Venere* ejusque Numine :
Totum per orbem anxia disquisitione, tuum vestigium fu-
rens animi requirit ; teque ad extremum supplicium ex-
petit : & totius Numinis sui viribus ultionem flagitat.
Imo ipsi erudite inter Deos & eorum Numina discrimen
fecit *μ. Arnobius* in illa pulchra bovis ad *Jovem* proso-
popœja : Numquid, ait bos, aliquando tuos ludos minus
sancte diligenterque perfeci ? numquid aliquem præsulem,
tuum Numen qui offenderit, aut te, traduxi ? Aut te, in-
quit bos, aut tuum Numen ; alius ergo *Jupiter*, aliud ejus
Numen.

*μ. l. 7. aduers.
Gent.*

§. 4. Ubi tamen non est dissimulandum, hæc dubiis haud
carere, atq; illud, aut te, traduxi, aliter legi hoc modo :
Numquid aliquem præsulem, tuum Numen qui offenderet, ante
te traduxi ? Quam lectionem antiquam, rectam esse, inq;
codice Romano & manuscripto extare *v. Godescalcus*, *v. Elect.* in h. l.
Steuvechius atque *ξ. Desiderius Heraldus* affirmant, & *ξ. Animad.* &
Castigat. in h. l.
Arnobium ad historiam respicere volunt servi furciferi,
ludis *Circensibus* per *Circi* aream traducti. Factum ipse
o. Arnobius commemorat his verbis : Scimus ludis quon-
dam ipsis *Circensibus*, qui *Jovi Maximo* fierent, patrem
familias quendam, antequam inciperent res agi, servum pes-
sime meritum per *Circi* aream mediam transduxisse ca-
ssum virgis, & ex more multasse post patibuli poena. Lu-
dis deinde jam terminatis, profligatisque curriculis, non
multi post temporis spatium civitatem occupasse pestilentia
vastari. Cumque dies adderet malum malo gravius, ca-
tervatim & populus interiret, rusticulo cuidam sorte hu-
militatis obscuro *Jovem* per in omnium dixisse, uti ad
Consules vaderet, PRÆSULEM sibi displicuisse monstraret, pos-

o. l. c. paulo infra



se melius fieri civitati, si ludis sua religio redderetur, & ex integro rursus curiosa observatione procederent. Quod cum ille facere minime curasset, vel quod esse vanum suspicaretur insomnium, nullamque habiturum apud auditores fidem: vel quod ingenita humilitatis memor, potestatis tanta fugeret & formidaret accessum, cunctatori redditum inimicum Jovem; filiorum obitus irragovisse pro pena. Mox cum & ipsi proprium minaretur interitum, ni PRAESULIS pergeret nuncius improbat: obeundi formidine territatum, cum jam & ipse contactus pestilentiae flagraret incendio, de sententia propinquorum perlatum ad curiam patrum, insomniique exposita visione, flammam evolavisse contagii. Ludorum deinde instauratione decreta, & spectaculis adhibitam gravem curam, & priorem populo redditam sanitatem. Pro praesule Arnobii π. Livius praesultorem ρ. Valerius Maximus, praesultorem, σ. Plutarchus & τ. Dionysius Halicarnass. δεχνησην habent. Nam & hi suis historiam illam monumentis inseruerunt.

§. 5. Quamvis autem isti Genii diversi a diis, tamen quandoque receptis Deorum, quibus adjuncti, & a quibus vim ac honorem adepti erant, nominibus appellabantur.

ϕ l. de defect. orac.

Audiamus hac de re Cleombrotum apud ϕ Plutarchum:

Εἰ δὲ τοῖς νενομισμένοις τῶν θεῶν ὀνόμασι δαίμονας ἴνας καλεῖσθαι, ἔθαυμαστον. ὧ γὰρ ἕκαστος θεῶ συντέλειται καὶ παρ' ἑδυνάμεως καὶ ἡμῆς εἴληχεν, διπὸ τέττα Φιλῆ καλεῖσθαι. Καὶ γὰρ ἡμῶν ὁ μὲν τις ἐστὶ Δῖος, ὁ δὲ, Ἀθηναῖος, ὁ δὲ Ἀπολλώνιος, ἢ Διονύσιος, ἢ Ἐξμαῖος. Ἄλλ' ἔνιοι μὲν ἐν ὀρθῶς καὶ τύχην ἐκλήθησαν, οἱ δὲ πολλοὶ μηδὲν πρῶτον ἔχουσιν, ἀλλ' ἐνηλαγμύνας ἐκτῆσαντο θεῶν παρωνυμίας.

Unde & ipsi Dæmones Deos simulabant. In cujus rei testimonium adducit ista ϕ Barthius, quæ de S. Martino χ Sulpitius Severus tradit: Petrum & Paulum Apostolos videri a se sæpius non negavit. Jam vero Dæmones prout ad eum quisque venisset, suis nominibus increpabat. Mercurium maxime patiebatur infestum, Jovem brutum atque hebetem esse dicebat. Alibi ϕ Sulpitius discrete hæc ad Diabolum accommodat. Frequenter, ait, Diabolus,

ϕ l. c.
χ. Dialog. 2.
num. 140

ϕ in Vita Martini
6. 240

π. l. 2. c. 36.
ρ. l. 1. c. 7.
σ. in Coriolano,
τ. l. 7. Antiq.
Rom.

*Volus, dum mille nocendi artibus sanctum virum conabatur
illudere, visibilem se ei formis diversissimis ingerebat. Nam
interdum in Jovis persona, plerumque Mercurii, persape
etiam se Veneris ac Minerva transfiguratum vultibus
offerebat.*

CAPUT SECUNDUM

*De Geniis hominum. Genium hominum Generalis & specialis.
Testimonia Auctorum de Genio Speciali. Genius Principis,
Casarii, Regis, Caligulae, Mathematici. Numismata de
Genio Augusti, Imperatoris, Casarii, Augg. & Casarium
Inscriptt. Vetr. de Genio Augusti, Antonini, Casarium
T. Attilii Vibiani, Cassi, Cati Herodiani, Jovis Aug.
M. Junii Proculi, C. Flavii Hermetis. Genius à prima
nativitate adesse creditus. Ejus descriptio Apuleiana.
Maximus Tyrius tantum probis tribuit Genium, Orige-
nes angelos custodes solis baptizatis. Judaeorum de an-
gelo custode sententia. Patriarcharum Angeli Praecepto-
res. Angelus Esavi cum Jacobo luctatus. Diabolus simia
Dei conatur imitari opera. Vespasianus caecis visum re-
stituit, & manu aegrum sanavit. Opinio Patrum de an-
gelo custode cuilibet pio assignato. Ea ex Act. 12. probari
nequit. Becanus hanc opinionem speciatim tribuit Pe-
tro, Barthius etiam reliquis Apostolis. Genius unius ho-
minis metuit Genium alterius. Genius homines morti
propinquos deserit; post mortem aliis communicari po-
test. Genio ante mortem laxat interdum anima compa-
gem ut exeat, & deinde foras visa intro annunciet.*

S. I.

Nunc orationem e coelo in terras devocemus,
HOMINUM GENIOS spectemus, de quibus
variae ac inter se diversae opiniones. Ante omnia
notandum duplicem esse Genium hominum ex
mente gentilium, Generalem & specialem. Ex superio- *a. l. 1. de nupt.*
rum, inquit & *Martianus Capella, Deorum arbitrio & se- Merc. & Philolog.*
cundorum comitatu, & generalis omnium praesul, & specia-
lis singulis mortalibus Genius admodetur. Mox Generalem
Genium, exponente β *Lipso*, haud obscure accommodat *Physiol, Stoic.*
Genio populorum. Nam (sic pergit) & populi Genio cum *dissert. 1. 8. l. 1.*
generalis poscitur, supplicat, & unusquisq; gubernatori
A 4 proprio

proprio dependit obsequium. Nos de speciali Genio hominum hac vice agemus.

ϒ. Sid. Apulejus de Deo Socrat. Cal. Rhodig. l. 2. An. 119. Lect. c. 10. d. l. i. c. 14. in Epictet. 2. de Myster. 2. Apulei. l. 9. de A. A. n. Tertullian. apolog. c. 28. 32. 3. Minut Fel. in Osta. 4. Sueton. in Vita ejus c. 27. 5. Juvenal. Sat. 6. λ. ad ann. M. C. 4153. V. C. 938. J. C. 187. ad ann. M. C. 4156. V. C. 941. J. C. 190. &c. μ. ad ann. M. C. 4273. 4274. V. C. 1061, 1062. J. C. 310. 311.

S. 2. Plato existimat γ ex sublimiore Demonum copia singulis hominibus in vita agenda testes, & custodes singulos additos, qui nemini conspicui semper adsint, omnium non modo actorum testes, verum etiam cogitatorum. Similiter d. Arrianus: Deus, inquit, ὁπίτηρον ἐκάστῳ παρέστη, τὸν ἐκάστῳ δαίμονα, καὶ παρέδωκε, φυλάσσειν αὐτὸν αὐτῷ καὶ τὸν ἀκοίμητον καὶ ἀπαρηλόγητον. Martiani Capella verba non repetimus. Jamblichus e pariter unum secundum unumquemque Demonem proprium gubernatorem esse affirmat. Testantur hanc gentium sententiam quoque Genii hominibus passim tributi. Legimus enim ζ Genium Principis, η Genium Caesaris, θ Genium Regis, ι Genium Caligulae, κ Genium Mathematici. Testantur & Numismata antiqua, quorum duo Vir Excellentissimus, Dn. Jo. ANDR. BOSIUS, Histor. P. P. celeberrimus, nobis pro sua, qua erga nos est, benevolentia singulari exhibuit, unum Maximiani Herculei, alterum Licinii. In utroque effigies Genii stantis cernitur, forma juvenis, tenentis dextra cornu copiae, sinistra pateram, cum inscriptione: GENIO. AUGUSTI. Apud λ. Adolphum quoque Occonem invenimus nummos, unum Commodi Imp. cum inscriptione: GENIUS AUGUSTI S. C. tres ejusdem & unum Licinii, cum inscriptione: GENIO AUGUSTI FELICI. Item μ aliquot Gal. Val. Maximini cum inscriptionibus:

GENIO IMPERATORIS
BONO GENIO PII IMPERATORIS
GENIO AUGG. ET CÆSARUM
GENIO CÆSARIS

Testantur idem inscriptiones veteres multae. Adducere aliquot notabiliores non pigebit ex incomparabili Gruteri opere, & initio quidem de Genio Augusti.

J. O. M

v. J. O. M
ET GENIO. IMP
AUG

9. p. 90. n. 60

P. F. VATIONIUS

FINUS. PROC

P. P. S

V. S. L. M.

z. GENIO AUG. ET LARIBUS

z. p. 107. n. 60

P. URSINIUS. MATUREUS

ET. CASSIA. CENSORIA V

oo p. 108. n. 60

De Genio Antonini o:

GENIO. AC. MAJESTATI

IMP. ANTONINI. PII. FELICIS. AUGUSTI

M. AURELIUS. AURELIANUS. DEVOTISSIMUS

NUMINI. EJUS

oo p. 107. n. 60

De Genio Caesarum π:

GENIO. CÆSARUM

DIOGENETUS VILIC. FEC

z. p. 108. n. 60

De Genio T. Attilii Vibiani q:

GENIO

T. ATT LII. VIBIANI

CLARUS. LIB

De Genio Cassi cujusdam o:

oo p. 335. n. 60

GENIO CASSI

SIGNIF

oo p. 602. n. 60

De Genio Catli Herodiani v:

GENIO

COETI. HERODIANI

PRAEGUSTATOR

DIVI I. AUGUSTI

IDEM. POSTER. VILICUS. IN

HORTIS. SALVSTIANIS

DECESSIT. NON. AVGVSTIS

M. COCCEIO. NERVA

C. VIBIO. RVFINO

COS

JVLIA PRIMA PATRONO SVO

B

De

ϕ. p. 111. n. 6.

De Genio Jovii Aug. i. e. Diocletiani ϕ:
GENIO. JOVII. AUG
JOVIA. PORTICU. EJUS. A FUNDAMENTIS
ABSOLUTA. EXCULTAQVE
AELIUS. DIONYSIUS. V. C. OPERI. FACIUNDO

χ. p. 111. n. 10.

De Genio M. Isuni Proculi χ:
GENIO
M. ISUNI
PROCULI
SODALICI
JUVENT
PATRONO

ψ. p. 587. n. 10.

De Genio C. Flavii Hermetis ψ:
DIIS. MANIBUS
ET GENIO
C. FLAVII. HERMETIS
AUG. LIB
AB. EPISTULIS. GRÆCIS
JULIA ANTISTIA. MATER
INFELICISSIMA. FILIO
DE. SE. B. M. CUM. LACR

P
VIX. AN. XVIII. M. V. D. XIII

S. 3. Hunc Genium homini statim ab ipso natiuitatis articulo adesse individuum comitem, fuerant qui putarint.

n. l. c.

Imo inde nominis originem traxisse scribit ω. Capella, quoniam cum quis hominum genit⁹ fuerit, mox eidem copulatur.

n. Apulei, de Deo
Socras.

Hic α custos, singularis præfectus, domesticus speculator, individus arbiter, inseparabilis testis, malorum improbator, bonorum probator. In rebus incertis prospectator, dubiis præmonitor, periculosis viator, egenis opitulator: qui tibi queat tum somniis, tum signis, tum etiam fortasse coram, cum usus postulat mala avertere, bona prosperare, humilia sublimare, nutantia fulcire, obscura clarare, sidera adversa corrigere. Nolumus in re manifesta plura testimonia co-

cervare



servare. Id solum addimus, β Maximum Tyrium tantum β . Orat. 26.
probis singulis, non vero impobis Genium adscribere.

Εαὐδὲ πρὸς μομφήν δειξὺς ψυχῶν, ἀνέστας αὐτῶν καὶ ἀνε-
πίστους. Similiter atq; γ . Origenes & δ autor operis imper-
fecti ϵ Beano videntur existimasse angelos custodes solis
baptizatis, non etiam infidelibus datos esse.

γ . tract. 6. in
Matth.

δ . ham. 5.

ϵ . Theol. Schol. tom.

post. opusc. 14. c. 6.

ζ . l. 2. Adversar.

c. 21.

θ . 4. Judæi quoque, annotante ζ . Barchio, persuasi
erant cuilibet sanctorum hominum adesse peculiarem An-
gelum, neque eidem solum hominis custodiam, sed mul-
ta alia etiam attribuerunt. Sic Adamum communem
nostrum Parentem particularis angeli præsidio instru-
ctum, multa circa particulares rerum essentias & proprie-
tates comperisse, quæ ad humani generis conservatio-
nem propagationemque cum primis utilia forent, pleri-
que Rabbiorum tradunt, ut auctor est η . Athanasius Kir-
cherus. Nomen hujus Præceptoris fuisse scribit ex
R. Abrahamo, Raziel. Vnde liber a quibusdam cita-

η . Oedip. Egypt.
tom. 2. p. 1. clas. 2.

c. 2.

tur, *Eve Prophetia a Razielle*, angelo primi parentis
Adami, conscriptæ, ut refert θ . Vir plurimum Reverendus
atq; Excellentissimus, Dn. JOH. HENR. URSINUS,

θ . l. de Zoroastre
c. exercit. 3.

Sect. 3.

Theologus & Philologus Celeberrimus, Dominus & Patro-
nus noster ætatem colendus. Sed & aliis Patriarchis an-
gelos ι . Kircherus ex mente Judæorum assignat Præce-
ptores. Præceptor Semi, Noæ filii, juxta illos fuit Jo-

ι . l. c.

phiel, Abrahami Zadkiel, Isaaci Raphael, Jacobi Piliel,
Mosis Mitraton, κ . Davidis Michael. Judæi nimirum
lepidis fabularum figmentis animos hominum permul-
cere solent. Vnde etiam somniant, Virum illum λ . cum

κ . Sid. id ibid.
Blasf. 4. c. 2.

Jacobo luctantem fuisse angelum unum ex iis, qui vo-
cantur מלאכי אלהים *angeli Dei*, custodem ac præ-
sidem Esavi, qui luctatus fuerit cum Patriarcha occasione
ita ferente, vel potius necessitate exigente, ac quia ipsum
superare non potuerit, percussisse eum in curvatura fe-
moris, hoc ipso significans, licet tunc temporis non pos-
set, fore tamen ut seculis insequentibus oppressurus sit

λ . Genes. c. 32.
v. 24.



p. *Diff. de cultu* ejus posteritatem. Vide sis *μ.* Dn. D. MAJOREM, & v.
angolor. S. 128. 129 Dn. D. HABERKORNIUM. Sacram historiam de lucta
 v. *Synt. agm. 1. de* hac Diabolum amulatum esse per Genium Temessanum,
Myster. SS. Trin. qui se Politæ, Vlyssis socii apud Temessam occisi, ani-
disp. 4. p. m. 290. mam fingebat, & cum Euthymo pugili congredebatur,
se 99. victusque manibus & agro excedebat, *Delrio* & tradit.
 & *Disq. Mag. l. 2.* Historiam seu fabulam narrant *o Pausanias* 26 π. *Strabo*
q. 27. sect. 2. *o. l. 6. Eliac.* *o. l. 6. Geograph.* hoc. Hoc quidem certum est Diabolum subinde tan-
 quam simiam Dei opera imitari conatum esse. Quo-
 modo imitatus sit illud, quod Deus emisso igne sacrifici-
 um sibi gratum accenderit, ostendit *q. Excellentissimus*
Anal. S. Vol. 2. Dn. *URSINUS*. Quomodo ex urbe Hierosolyma &
l. 3. n. 4. Sione monte finxerit Delphos & Parnassum, docet *o.*
Anal. S. Vol. 1. *idem.* Dedit Deus *Vrim & Thummim*; Diabulus oppo-
l. 4. n. 9. suit oracula. Misit Deus Prophetas; Diabulus suos va-
Luc 18. Job 9. tes. Sanavit *τ.* Christus manu sua ægros, cæcisque vi-
& alibi. sum restituit; imitatus hoc est Diabulus in *Vespasiano*
o. l. 4. Hist. c. 81. apud *v. Tacitum*. Non possumus quin illustrem locum
 adscribamus. *Per eos menses, inquit Historicus, quibus*
Vespasianus Alexandria stans æstivis flatibus dies, & cer-
ta maris, opperiebatur, multa miracula evenere, queis cæ-
lestis favor, & quadam in Vespasianum inclinatio Numi-
num ostenderetur. Ex plebe Alexandrina quidam, oculo-
rum tabe notus, genua ejus advolvitur, remedium cecita-
ris exposcens gemitu, monitu Sarapis Dei, quem dedit a su-
perstitionibus gens ante alios colit, precabaturque Princi-
pem, ut genas & oculorum orbis dignaretur respergere oris
excremento. Alius manu eger, eodem Deo autore, ut pede
ac vestigio Cesaris calcaretur, orabat. Vespasianus primo
irridere, aspernari: atque illis instantibus, modo famam
vanitatis metuere, modo obsecratione ipsorum, & vocibus
adulantium in spem induci, postremo æstimaria medicis
zobet, an talis cecitas ac debilitas, ope humana superabiles
forent: Medici varie differere. Huic non exesam vim
luminis, & redituram si pellerentur obstantia: illi elapsos

in pravum artus, si salubris vis adhibeatur, posse integrari.
Id fortasse cordi Divi, & divino ministerio principem ele-
ctum, denique patrati remedii gloriam penes Caesarem
irriti ludibrium penes miseros fore. Igitur Vespasianus
cuncta fortuna sua patere ratus, nec quidquam ultra incre-
dibile, leto ipse vultu, erecta quae adstabat multitudine,
iussa exsequitur. Statim conversa ad usum manus, ac
caeco relaxit dies. Mittimus alia; nec enim haec pluri-
bus exsequi instituti nostri ratio patitur; jam ante alii
hunc campum decurrerunt, & nos illa ὡς ἐν παρεγγῶ
diximus. Jam in orbem redibimus.

§. 5. Patres multi, quos magno numero citatos
habes apud Φ. B. Dn. D. GERHARDUM & Χ. Becanum, ^{Φ. tom. 2. LL. de}
Scholastici Doctores & Pontificii, ea sunt in opinione, ^{creat. & Angel.}
suum cuilibet pio & fidei attributum esse Angelum, ^{§. 720}
^{cu-χ. l. c. 88.}
eodem & tutelarem toto vitae tempore; atque hanc sen-
tentiam Apostolorum aetate receptam fuisse inter fideles.
Hoc se probare posse sperant ex Ψ. Actis. Petrus miri-
fice ex carcere ab angelo liberatus ad domum Mariae, in ^{Ψ. c. 12. v. 152}
qua multi fidelium convenerant, concessit, cumque eum
Rhode ex voce agnovisset, ejusque adventum sacro illi
conventui nunciasset, fidem non invenit, sed responsum
tulit: Μαίνη ὁ ἄγγελος αὐτῷ ἐστίν. Nescimus tamen
an multum sit in hoc loco praesidii. Respondere enim
solent Theologi, vocem ἄγγελος quandoque notare
in S. literis quemvis nuncium. Quod tam manifestum
est, ut nulla indigeat probatione. Quare quidam putant
nihil esse absurdi, si dixeris pios illos adductis verbis ni-
hil voluisse indicare aliud, quam Petri aliquem nuncium
stare praeforibus qui a Petro captivo missus sit, ut an-
nunciaret, quo in statu res suae essent. Sed enim, ajunt
Theologi, largiemur liberaliter, angelum intelligi, spiri-
tum bonum, & fideles illos sensisse hunc esse Petri pecu-
liarem custodem, verba tamen sunt Scripturae non do-
centis, sed narrantis verba fidelium illorum. Quamvis

B 2

autem

o. Dub. Evangel.
part. 3. dub. 62.

u. Act. 12. 9. 11.

β. l. 2. adversar.
c. 27.

γ. Luc. 24.

δ. lib. de Roman.
fortuna.

autem pii illi ita sensissent, tamen ab opinione eorum, ad
ipsius rei certitudinem non satis commode duceretur
argumentum. Confert ω. Spanhemium & alios Theolo-
gos plures. At *Becanus* speciatim Petro opinionem
istam vendicat, simulque ex ejus verbis suam stabilire
nititur. Dixerat Petrus α. per Angelum e carcere libe-
ratus: Νῦν οἶδα ἀληθῶς, ὅτι ἐξαπέστειλε Κύριος τὸν ἄγ-
γελον αὐτοῦ, ἃ ἐξείλετό με ἐκ χειρὸς Ἡρώδου. Agnoscit,
inquit, Petrus ab angelo custode se liberatum. Sed un-
de hoc sequitur *Becane*? Quæ consequentia: Petrus
loquitur de angelo misso ad se liberandum e custodia.
E. de Angelo suo custode & tutelari, de quali hic sermo.
E. omnibus piis ejusmodi additus est Angelus. Quid
opus erat Deum peculiariter Angelum tutelarem ad Pe-
trum mittere, ut eum liberaret e carcere, quem olim jam
miserat, & peculiariter destinarat, ut perpetuus Petri cu-
stos toto vitæ tempore ac ubique ei præsto esset ac tue-
retur? Quare discessit hic Angelus a Petro, si ejus tute-
laris fuit? Hæc ex mente Theologorum, ad quorum ca-
thedram hæc ista pertinet. Pergemus, ubi adjecerimus
β. *Barthium* non dubitare reliquis Apostolis hanc affri-
care opinionem, & propterea, quod *Lucas* γ. referat,
discipulos putasse, cum Christus stetit in medio eor-
um, se videre πνεῦμα, affirmare, Apostolos existimasse,
se videre Angelum Jesu. Nunc convertamus nos ad
Gentiles.

γ. 6. Illi putarunt, unum *Genium* metuere quan-
doque alium, unius hominis *Genium* adversari *Genio*
alterius, aliisque exitialem esse. Facit huc exemplum
Augusti & *Antonii*; qui cum magna familiaritate
conjuncti viverent, sæpenumero, ubi per negotia liceret,
certamen pilæ, tesferarum, gallorumque instituerunt,
cumque semper *Antonius* inferior discessisset; vates
quidam dixerat *Antonii* *Genium* metuere *Genium*
Augusti. Historiam tradit δ *Plutarchus*: λέγει δὲ,
inquit,

inquit, πολλῆς οικειότητος αὐτοῖς ἢ συνηθείας ὑπαρχέ-
σης, πολλάκις χολαζόντων εἰς παιδιαὶ σφαιραῖς ἢ κύ-
βων, ἢ νῆ Δία θρεμμάτων ἀμίλλης, ὅιον ὀρετύγων, ἀλεκ-
τρυόνων, ἀεὶ νικώμενον Ἀντώνιον ἀπαλλάττεσθαι. Καί τι-
να τῶν παρ' αὐτὸν ὄπι μαντεῖαις σεμνυόμενον, πολλάκις
παρρησιάζεσθαι ἢ νθετεῖν, ὦ ἄνθρωπε, τί σοι πρᾶγμα
πρὸς τῶν ἐστὶ τοῦ νεανίσκου; Φεῦγε αὐτὸν. ἐνδοξότερον
εἶ, πρὸς βύτηρον εἶ, ἀρχαίς πλειόνων, ἐνήθληκας πολέ-
μοις, ἐμπειρία Νηφέρισ· ἀλλ' ὅσος δαίμων τὸν τῆς
φοβεῖται· καὶ ἡ τύχη σὲ καθ' ἑαυτὴν ὄπι μεγάλη, κολα-
κεύει δὲ τὴν τῆς· εἰ μὴ μακρὰν ἢ, οἰχήσεται μετα-
βάσσει πρὸς αὐτὸν.

§. 7. *Genium* vero homines propinqua morte
tristem derelinquere existimabant, quemadmodum apud
ε. *Ammianum Marcellinum*, Constantius confessus est con-
junctoribus proximis, quod tanquam desolatus secretum
aliquid videre desierit, quod interdum adfuisse sibi squa-
lidius aestimabat: ὅτι putabatur *Genius* quidam tutelae sa-
lutis appositus eum reliquisse, mundo citius digressurum.
Post mortem *Genium* unius alteri communicari posse
non negabant; sicut apud §. *Plutarchum* legimus *Genium*
Lyfidis Pythagorici communicatum fuisse Epaminonda.
Quae opinio an orta sit ex Metempsychosi veterum, de
qua peculiari disertatione egit quondam illustre huius
Academiae decus, *Slevogtius*, liberum cuique sit iudicium.
Imo ante mortem etiam animam quandoque *Genio* la-
xare compagem, ejus circumcurstationem admittere,
ut is postea foris audita ac visa intro annunciet, fue-
runt qui traderent. Loquatur hac de re η. *Plutarchus*: η. l. cit.

Τὴν ἐρμωδῶρα τὴν κλαζομένην ψυχὴν ἀκήκοας δὴ πρὸθεν,
ὡς ἀπολείπεται παντάπασιν τὸ σῶμα νύκτωρ ἢ καθ' ἡμέ-
ραν ἐπλανᾶτο πολὺν χρόνον εἰς τὴν αὐθιγὴν ἐπανήκει, πολλοῖς
τῶν μακρὰν λεγομένων, ἢ πρᾶττομένων ἐντυχῶσα, ἢ πα-
ραγενομένη. μέγιστος δὲ τὸ σῶμα τῆς γυναικὸς προδότης
λαβόντες οἱ ἐχθροὶ ψυχῆς ἐρημον οἶκον κατέπερην.

Τῆς

Ἄρα μὲν ἔν ἐκ ἀληθὲς εἶν· ἔ γὰρ ἐξέβαινεν ἡ ψυχὴ τῶ
 σώματι, ὑπέκστα δὲ αἰεὶ καὶ χαλῶσα τῶ δαίμονι τῶ
 σύνδεσμον ἐδίδοσ ἠδιδρομῆν, καὶ ἠεφοίτησιν, ὡσεὶ πολλὰ
 συνεργῶντα, καὶ κατακχόντα τ' ἐκτὸς εἰσαγγέλλειν.

CAP. III

De Geniis familiaribus, quales tribuuntur Socrati, Constantio,
 Pythagoræ, Numæ, Scipioni, Octaviano Augusto, Hermeti,
 Thyaneo Apollonio, Plotino. Pythagoras an Magus? Cena
 a Genio Numæ apparatus. Congressus Minois cum Jove,
 Lycurgi cum Apolline, Zaleuci cum Minerva. Achilles &
 Diomedis Minerva atque Telemachi Dæmon. Genius Pro-
 cli ac Dionis Cassii. Q. Sertorii cerva alba pro Genio
 venditata. Spiritus familiares nostro seculo usitati. Re-
 censetur superstitio de Alfunis & Zeme Indorum.

§. 1.

Ex Geniorum censu, qui visi sunt atque auditi ab
 hominibus, iisque, quos, ut loquitur α. Ammianus Mar-
 cellinus, multiplices auxere virtutes, familiariter adfue-
 runt, πείθεσθαι familiares dicebantur. Quorum celeberrimus
 est Genius Socratis, illius πάντων ἐλλήνων iudicio
 oraculi ἠεφώτατος Philosoph; de quo peculiaribus li-
 bellis egerunt Plato, Plutarchus, Apulejus, qui videndi,
 una cum β. Eliano. Memorantur præterea, qui Ge-
 nios ejusmodi familiares habuere, ab γ. Ammiano Mar-
 cellino, Constantius, de quo superiori cap. diximus, Py-
 thagoras, Numa Pompilius, superior Scipio, & ut qui-
 dam existimarunt, Marius, & Octavianus Augustus,
 Hermes Termaximus, Thyaneus Apollonius, Plotinus.

§. 2. Pythagoræ quidem congressum cum Diis
 haud obscure tribuit δ. Plutarchus; & quanquam de
 Genio ejus haud multa discrete tradita legas, tamen non
 defuerunt jam olim, qui proflus Pythagoram γόντα
 καὶ τερατεργόν fuisse, ac multa miranda fecisse putarent,
 quæ per Genios alias fieri opinionem fuisse, in promptu
 est ostendere. Neque solus e Timon sed etiam
 inter Sanctissimos Patres, ζ. Chrysostomus, & quot-
 quot prodigiosas istas de Pythagora narrationes pro ve-
 ris

α. l. 22.

β. l. 8. c. 1. Var.
 Histor.
 γ. l. 6.

δ. in vita Numa

ε. apud Diogen.
 Laert. in vita Py-
 thag.
 ζ. homil. 1. in
 Joh.

ris habent, ita sentire videntur, ut η. quod bruta ejus dicto obediverint, fluvius eum clara voce salutaverit, quod uno eodemq; die in locis procul distitis conspectusq; auditusq; fuerit, femur aureum ostenderit, ad inferos descenderit & redierit inde, & quæ alia referunt miracula, quibus majora de nemine alio vel suspicari quis possit. Nec nostro seculo desit ab isto crimine suspectus esse θ. Pythagoras. Quanquã contra alii, in quibus præcipuus esse videtur ι. *Rittershusius*, sanctius sentiunt de Pythagora, neque persuadere sibi queunt, eum, qui tam sobriis, tam castis, tam justis præceptis ac institutis meliores reddidit mortales, præstigiatores impostoresque fuisse. Imo ipse pro bono Genio habitus κ est apud suos, aque iis inter Deos λ. numeratus. Quare ista pro fabulis potius habent, vel in odium & invidiam viri a malevolis fictis & disseminatis, atque a Sanctis Patribus, interdum fervore occupatis nimis Rhetorice agentibus, arreptis, inclementiusque exagitatatis.

η. *Sid. Malchus*
Jamblich. Drogen.
Laert. in Vita ejus

θ. *Sid. Besold. de*
ling. immut. c. 11.
Conring. de Her-
met. Medic. c. 11.
13. de laud. Ari-
stot. orat. 2.
ι. not. ad Malch.

κ. *Jamblich. in*
Vita
 λ. *Malchus in*
Vita.

§. 3. *Opinio de Numæ Genio ex ejus congressu*

cum Dea Egeria orta est; de quo videantur μ. *Plutarchus*, ν. *Livius*, ξ. *Valerius Maximus*, De isthoc Numæ Genio *Dionysius Halicarnas.* ο. refert, eum splendidam aliquando apparasse cœnam. Ajunt καλέσαντα Ῥωμαίων πολλὰς ἢ ἀγαθὰς εἰς τὴν οἰκίαν, ἐν ἧ Ἀραιώμενος ἐτύχανεν, ἐπειτα δείξαντα τοῖς ἐλθῆσι τὰ ἐνδον τῆ τε ἀλλῆ κατὰσκευῆ Φαύλως κεχορηγημένα, ἢ δὴ ἢ τῶν εἰς ἐστίασιν ὀχληκὴν ὀπιτηδείων ἀπορα, ἔτε μὲν ἀπαλλάττεσθαι κελεύειν, εἰς ἐσπέραν δὲ καλεῖν αὐτὰς ὀπιτὸν δεῖπνον. Παρὰγενομένοις δὲ καὶ τὴν ἀποδειχθεῖσαν ὥραν ὀπιθεῖσαι σρωμνάς τε πολυτελεῖς, ἢ τραπέζας ἐκπωμάτων γεμάσας πολλῶν ἢ καλῶν, ἐστίασιν τε αὐτοῖς ὄψασθαι κατὰ κλιθεῖσιν ἀπάσης ἐδωδῆς, ἣν εἰδὲν ἂν ἐκ πολλῆ πάνυ χροῖα παρεσκευάσθαι ἰνὶ τῶν ἑὶ ἀνθρώπων ῥάδιον ἦν. Τοῖς δὲ Ῥωμαίοις κατὰπληξίν τε πρὸς ἕκαστον τῶν ὀρωμένων ἐπελθεῖν, ἢ δόξαν ἐξ ἐκείνης τῆ χροῖας ὄψασθαι βέβαιον, ὅτι

μ. *in Vita Numæ.*
 ν. *l. 1. c. 19.*
 ξ. *l. 1. c. 2.*
 ο. *l. 2. Antiq.*
Rom.



ὅτι θεὰ ἡς αὐτῶν οὐνήν. Similes Deorum consuetudines
 π. Dionys. Halic. tribuuntur π. Minoi Cretenſium Regi, qui nono quoque
 carn. l. c. Valer. anno in quoddam praetium & vetuſta religione conſecra-
 Max. l. c. 2. tum ſpecus ſecedere ſolebat: & in eo moratus, tanquam a
 fove, quo ſe ortum ferebat, traditas ſibi leges prerogabat.
 e. Valer. Max. & Lycurgo e. qui conſilio Apollinis graviffima Lacedaemonio-
 Dionys. Halicarn. rum civitati leges compoſitas ferre ſe perſuaſit. Zaleuco
 l. c. Plutarchus in σ. qui ſub nomine Minervae apud Locrenſes prudentiſſimus
 Vita. habitus eſt. Ac putat τ. Plutarchus abſurdi nihil eſſe,
 e. Valer. Max. l. c. ſi Diis erga homines amicitiam tribuamus, amoremque,
 τ. in Vit. Numa qui amor ad morum & virtutis ſtudium incitet. Atque
 cum ipſius opinione non peccent, qui Admerum & Hip-
 polytum Sicyonium ab Apolline, Pindarum a Pane, So-
 phoclem ab Aſculapio dilectos fabulantur, non putat ne-
 gandum eſſe cum Zaleuco, Minoe, Numa, Lycurgo, re-
 gna temperantibus & Republicas componentibus Deos
 eſſe congreſſos. Neq; tamen & abſurdi coarguit alteram
 ſententiam, eos, quod contumaces hominum multitu-
 dines cicurandas haberent, ingentesque Rebuspublicis
 mutationes inferrent, opinionem divinitatis, apud quos
 eam ſimularent, ſaluti futuram, ſibi adſumpſiſſe. Nam
 cum legum conditarum ſumma debeat eſſe apud cives re-
 verentia, & hoc quicquid eſt a Numine dependeat, quod
 niſi regentibus & regendis adſit, confuſionis, inobedien-
 tia & temeritatis jugum neutri horum effugient; illam
 ut legibus ſuis conciliarent, fieri potuiſſe concedit Plu-
 tarchus, ut ſe cum Diis verſari, ab illisque illa, quae ſan-
 cirent, haurire & quaſi addiſcere fingerent potius quam
 erederent.

de bello Punic.

S. 4. De Scipionis Genio v. Appianus: Καὶ δαί-
 μονιον αὐτῷ συλλαμβάνειν ἐδόξαζον, ὃ καὶ τὸ πάππος
 Σκιπίωνι προσημαίνειν ἐδόκει τὰ μέλλοντα. Ac reliquo
 cenſui Φ. Maximus Tyrius adjungit Achillem, Diome-
 dem, iisque Minervam adſociat; item Telemachum, cui
 nonnulla ſuggeſſit Daemon. Sic vero ille: Τὶ δὲ νῦν,
 δαί-

φ. orat. 26.

ἀπορῶντες πρὸς τὰ δαιμόνια τὰ Σωκράτους, Ὀμήρω συνε-
γένοντο διηγεμένω αὐτῷ ἐκείνῳ ἢ διηγείῃ; Περὶ μὲν τὰ
Ἀχιλλέως, ὅτι ἐν ἐκκλησίᾳ τραυώλειᾳ δημογῶν, διενε-
χθεὶς πρὸς τὸν Ἀγαμέμνονα, πῶμος τὸ ξίφος κωλύεται
ὑπὸ δαιμόνιᾳ. Ἀθηναῖα καλεῖ τὸ δαιμόνιον. αὐτὴ γὰρ, φη-
σιν, ὀργιζομένῳ αὐτῷ παρεγένετο,

στῆ δ' ὄπισθεν, ξανθῆς δὲ κόμης ἔλε Πηλείωνα.

τὴν δὲ αὐτὴν αὐτὴν Ἀθηναῖαν λέγων, καὶ πρὸς τὸν Διομήδεα φησὶ,

Ἀχλὸν δ' αὐτοὶ ἀπ' ὀφθαλμῶν ἔλον, ἢ πρὶν ἐπῆεν.

Ὅφρ' εὐ γνώσκεις ἢ μὲν θεῶν, ἢ δὲ καὶ ἀνδρῶν.

Πάλιν αὐτῷ Τηλεμάχῳ μέλλοντι συγγίνεσθαι βασιλεῖ
πρεσβυτέρῳ, αἰδομένῳ καὶ ἀπορῶμένῳ ὁ ἐταῖρος λέγει,

Τηλεμαχ' ἀλλὰ μὲν αὐτὸς ἐνὶ ψρεσὶ σῆσι νοήσεις,

Ἀλλὰ δὲ καὶ δαίμων ὑποθήσεται.

καὶ προσέειπεν τὴν αἰτίαν τῆς παρὰ τὰ δαιμόνια ἐλπίδος.

ὅ γὰρ οἶω

ἰδέεσθαι θεῶν ἀεκλήν γενέσθαι τε τροφόμεν τε

καὶ ἐπ' ἄλλῃς αὐτῆς,

τῷ γὰρ ὅτι φρεσὶ θῆκε θεὰ λευκώλενος Ἥρη.

καὶ ἐπ' ἄλλῃς,

Τυδείδῃ Διομήδῃ Παλλὰς Ἀθήνη

Δῶκε μὲν καὶ θάρσος.

καὶ ἐπ' ἄλλῃς,

Γῆα δ' ἔθηκεν ἔλαφρα, πόδας καὶ χεῖρας ὑπερθεῖν.

Ὅρα δ' ἔπληθον τῶν συγγινομένων τῷ δαιμονίῳ.

§. 5. Proclum quoque nascentem excepit, ac
tanquam obstetrix curavit Deo tutelaris Byzantii, ipsi
providebat, & per quietem ad Philosophiae studium
hortabatur, si credimus *χ. Marino*: ὑποδέχεται δὲ, inquit, *χ. ἰουστῖνα Procl.*

αὐτὸν, καὶ οἶονεὶ μαίεσθαι τὸ βυζανθίον πολίτην. ἤλιστότε
μὲν αὐτῷ τὸ εἶναι γέγονεν αἰθία, τεθέντι καὶ τὴν αὐτὴν πό-
λιν. Χρῆνω δὲ ὑπερθεῖν καὶ τὰ καλῶς εἶναι προνοήσαντο,
ἠνίκα εἰς παῖδας ἦδη καὶ μερακίστους ἐτέλει. αὐτὴ γὰρ
αὐτῷ ὄναρ φαινομένη, ὅτι φιλοσοφίαν παρεκάλει. ὅθεν
οἶμαι αὐτῷ συνέβη καὶ πολλὴ οικειότης πρὸς τὴν θεῶν, ὥστε καὶ
ἐξαι-

C 3

ἐξαι-

ἔξαιρέτως τὰ ταύτης ὀργιάζειν, καὶ ἐνθουσιαστικώτερον αὐτὴν
 τὰς θεσμῶν μετένειναι. Ac cum aliquando Proclus peri-
 culi non expers morbo, detineretur, adfuit ad lectum Ge-
 nius quidam, sub forma proceri & pulchri juvenis, sani-
 tatemque restituit. Iterum ψ. Marinus: Κάμνοντο
 γὰρ αὐτὰ ποτε τὰ σώματα ὑπὸ νόσῳ, καὶ χαλεπῶς ἦδη
 καὶ ἀνιάτως θάμνειμεν, παρέστη τῇ κλίνῃ ὑπερφαινόμε-
 νο παῖς, ὃς ἐδόκει νέο κομιδῆ, καὶ ὠραῖ ἰδεῖν εἰ-
 κάσαι δ' ἦν αὐτὸν εἶναι τὸν Τελεσφόρον, καὶ πρὶν τ' ὄνομα
 εἰπεῖν. εἰπὼν δὲ ὅμως ὅτις εἴη, καὶ τ' ὄνομα ὅτι Φευγξά-
 μενο, καὶ τῆς κεφαλῆς ἐφαψάμενο. αὐτὸς γὰρ πρὸς καὶ
 εἰσήκειτο προσκεφαλαίῳ ἐπαναπαυόμενο. ὑγιῆ ἔξαι-
 ρνης ἐκκάμνοντο ἀπέτελεσε καὶ ἔτι αὐτῷ ἀφανῆς αὐτῷ
 ἐγένετο. *Dionem Cassium* etiam vitæ Deam curatricem
 ad historiam scribendam confirmasse, ac bona spe inci-
 tasse legimus. *Ipsè* ω. de se: Τὸ δὲ δὴ θεὸν ταύτην ἐπιρ-
 ρωννύσαν με πρὸς τὴν ἰστορίαν εὐλαβῶς πρὸς αὐτὴν, καὶ
 ὀκνηρῶς θάμνειμεν καὶ πονεμένον, ἀπαγορεύοντά τε ἀνακ-
 τωμένην δι' ὀνειράτων καὶ καλὰς ἐλπίδας περὶ τὰ μέλλοντο
 χροῖον διδῶσάν μοι, οἷς ὑπολειψόμενο τὴν ἰστορίαν, καὶ
 ἔδαμῶς ἀμαυρώσοντο ὁπίσκοπον τῆς τὰ βίβλιν ἀγα-
 γῆς, ὡς εἴποιεν, εἰληχὰς καὶ ἀπὸ τὰς αὐτῆς ἀνάκειμαι.

ψ. 6.

ω. b. 72, circa fin.

ψ. 6. Q. Sertorius etiam cervam albam, pro
 Genio suo familiari venditavit, a ab ea se, quæ nam aut
 agenda, aut vitanda essent, pradicans admoneri. Frau-
 dem autem fuisse *Plutarchus* β. auctor est, atque com-
 mentum prolixè exponit: Σπάντο, inquit, ὁνῆρ δημότης
 τ' ὅτι χώρας βιονύτων, ἐλάφω νεοτόκω Φευγξῆσιν κυνη-
 γέτας ὁπίτυχων, αὐτῆς μὲν ἀπελείφθη, τὴν δὲ νεβρὸν
 ἐκπλαγεῖς τῇ κανότητι τῆς χροῖας, (λευκὴ γὰρ ἦν πᾶσα)
 λαμβάνει διώξας. Κατὰ τύχην δὲ Σερτωρίῳ τοῖς τόποις
 ἐναυλισαμένοι, καὶ πᾶν ὅλις ἐξ ἄγρας ἢ γεωργίας ἢ κοι-
 κορίζων δῶρον ἀσμένως δεχομένοι, καὶ φιλοφρόνως ἀμειβο-
 μένοι τὰς θεραπεύοντας, ἐγχειρίζει Φέρων, αὐτῷ τὸν νεβρὸν.
 ὃ δὲ δεξάμενο, αὐτίκα μὲν ἦδη μετρίως. χροῖον δὲ
 ποιῆ

ω. *Valer Max.*
 l. 1. c. 2,
 β. in vitæ eius.

ποιησάμεν ἡμῶν ἔτι καὶ Φιλαίθροπον, ὡς καὶ κα-
 λῶνται ἀκείνους, καὶ βαδίζοντι ποιησάμενοι, ὅχλα τε
 καὶ Ἰορὺβας παντὸς ἀνέχεσθαι στρατιωτικῶν, καὶ μικρὸν ἐξε-
 θείαζε, Φάσκων, Ἀρτέμιδ' ὄρωρον τὴν ἑλάφον εἶναι καὶ
 πολλὰ τῶν αἰδήλων ἐπεφῆμιζεν αὐτῷ δηλῶν, γινώσκων
 εὐάλωτον εἰς δεισιδαιμονίαν εἶναι φύσει τὸ βαρβαρικόν.
 Ὁ δὲ καὶ προσετεχνᾶτο τοιαύτῃ γνῆς γὰρ αὐτὸν κρύφα τὰς
 πολεμίας ἐμβεβληκότας ποιησάμενος ὑπὸ αὐτὸν χώρας, ἢ
 πόλιν ἀφιστάμενος, προσεποιεῖτο τὴν ἑλάφον αὐτῷ καὶ τὰς
 ὑπὸν διειλέχθαι κελεύσαν ἐν ἐξίμῳ τῶν δυνάμεις ἔχειν.
 Αὐτῆς δὲ νίκην ἵνα τῶν ἑαυτῶν στρατηγῶν ἀκέραια, τὸν μὲν
 ἄγγελον ἐκρυπτε, τὴν δὲ ἑλάφον ἐσφραγισμένην ἐπ' εὐαγ-
 γελίοις προῆγεν· εὐθυμείοντα στρατοῦ καὶ τοῖς θεοῖς
 ἵκεν, ὡς ἀγαθὸν ἡ πευσσομένης.

§. 7. Nostris quoque seculis prohi dolor! fa-
 dam hanc superstitionem invaluisse & homines *Spiri-*
tus familiares, habuisse experientia testatur, qui aut spon-
 te, aut mercede pacta hominibus aliquibus præsto esse
 solent, iis servire seu iussi, seu injussi; imo crystallis,
 annulis, capsulis aliisque rebus includi se ac circumferri
 permittunt. Vide sis *γ. Serenissimum Angliæ Regem,*
JACOBUM, & confer *δ. Delrium* ac *ε. Schottum,* ubi hu-
 jus rei aliquot exempla collecta habes. Fortasse an &
 huc referri possent homines, qui *Alrunis* (barbaræ enim
 rei barbaræ imponenda vox erat) superstitione uti solent,
 non levi pretio aut periculo ab agyrtis emptis & compa-
 ratis. Narrant ζ. ex urina, quam homo ad suspendium
 furti crimine damnatus inter extrema vitæ effuderit,
 herbam natei sub patibulo foliis latis, flore croceo, ra-
 dice hominem ex amussi simulante, pilis quoque & ipsis
 sexuum notis apparentibus. Nonnulli adjiciunt vita-
 lem fuisse subterraneum hunc fatum. Eam herbam
 eruere rem esse plenam periculi; ab eruta enim radice
 gemitum edi adeo terribilem, ut audienti fossori mori-
 endum sit e vestigio. Sed paratum esse remedium, cu-

γ. *Dæmonolog.*

l. 1. c. 5. 6.

δ. *Disquis. Mag.*

l. 6. c. 2. sect. 3. q. 3.

ε. *Physic. Curios.*

l. 1. c. 37.

ζ. *Sid. pecul. diss.*

Dn. *Thomasii de*

Mandragora.

C 3

jus

jus has recensent ceremonias. Die Veneris ante solis ex-
ortum auribus gossypio oppletis ceraque aut pice occlu-
sis exire jubent, crucis figuram terno tripodis circumdu-
ctu plantæ inscribere, tum circumfodere totam, sic ut ter-
ra non nisi extrema fibra adhæreat, ita sollicitatam cau-
dæ canis alligare funiculo, statimque aufugere, frusto
panis cani obverso, id illum appetentem nitendo ra-
dicem evellere, moxque audito ejus ejulatu concidere
mortuum. Hoc modo se *αιθρωπομόρφω* compotes fa-
ctos mētiuntur impostores, venduntq; credulis ut rem san-
ctam carissime. Nimirum possidentibus *πολυφιλίαν*,
fecunditatem, divitias, futurorum prænotionem, bre-
viter, omnem fortunæ favorem pollicentur. Sed esse
rei tam beneficæ suum cultum tribuendum. Ergo vino
eam lavare, sericeo panno candidi rubrique coloris in-
volvere, in capsula condere, singulis noviluniis involu-
crum mutare, & hæc omnia, conceptis verbis peragere
fas esse, lædere vel minima ex parte nefas & summi rem
periculi. Sed hæc omnia a fraude hominum & Diaboli
orta esse & provenire facile ostendi potest.

*0. cent. 2. Flor.
succis. c. 10.*

§. 8. Apud Indos quoque haud multo dissimiles
delicias Diabolus facere solitus erat, si *Benzoni* credi-
mus referente *θ. Camerario*. Habebat Regulus qui-
dam Gamaretus nomine Zemis idolum bombycinum,
Corocottum appellatum. Hic Corocottus e summo
domus culmine, ubi vinctus aservabatur, sæpenumero
exire, atque inter fæminas regii pagi ac totius circa vi-
cinia Satyri aut incubi instar, oberrare, cum iisdem lu-
dere familiariter, epulari & coire consueverat. Mox
cum fæminæ partus gemina corona, vel alia illustri nota
insignes exiterentur, nemo ex Corocotti stirpe ortos
esse dubitabat. Interdum etiam indignabundum deli-
tescere ferebant, quod a Regulo ex quotidiano ejus
cultu & sacris quippiam prætermisum esset. Memo-
rant & alteri cuidam Regulo Zemen fuisse ligneum,
qua-

quadrupedem Epilguanitam, qui subinde quoties irrita-
retur, in sylvas se proriperet. Moxq; ut eum abesse sen-
serat Regulus, multos e suis mittebat, qui eum studiose
conquisitum & placatum venerabundi humeris referrent.
Cum autem Christiani eo adventassent, iste & ceteri
Zemes aufugisse dicuntur, nec quaesiti reperti sunt.
Nisi quis hos Genios ad Genios domuum referendos
putet.

CAPUT IV

Euclides, Empedocles, Servius cuilibet duos assignant Genios,
bonum & malum. Antiqua opinio de Angelo bono & ma-
lo hominum. Judicium Bellarmini de libro Pastoris. So-
cratis & Trajani bonus Genius. Boni Genii effigies. Ge-
nius malus *Simister, arer & δαίμων ἐπιρῶ* dictus. Visus
omen mortis fuit. Malus Genius Bruti, Casii Parmen-
sis, Brunonis. Genius quomodo cultus die natali. An die
natali nulla victima vel Genio vel Dis Deabusque aliis ma-
ctata? Inscriptt. vett. de victima in die natali. Lectus Ge-
nialis in nuptiis inhonorem Genii stratus. Juramentum
per Genium Principis. Ejus loco Christiani veteres jura-
bant *per salutem Caesarum*.

§. I.

HActenus de uno singulari hominum Genio egimus,
fuerunt autem, qui non unum Genium, sed duos
Bonum & malum, singulis mortalibus datos esse crede-
rent. Quam in rem *Censorinus* a. ait: *Euclides Socra-* a. *de die nat. c. 30*
ticus duplicem omnibus omnino nobis Genium dicit ap-
positum: quam rem apud Lucilium in libro Satyrarum
nono licet cognoscere. Idem sensit apud β. Plutarchum β. l. de tranquillo
Empedocles: Οὐ γὰρ inquit, (ὡς ὁ Μένανδρος Φησιν) ἀπ-
ᾶπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαραστάει εὐθὺς γενομένῳ μυ-
σαγωγὸς τῆ βίᾳ ἀγαθῆς, ἀλλὰ μάλλον (ὡς Ἐμπεδοκλῆς)
διτταί τινες ἕκαστον ἡμῶν γενομένον. Ὁ δὲ λαμβάνουσι, καὶ
κατὰρχονται μοῖραι καὶ Δαίμονες. Versus Menandri,
quos hic Plutarchus, sicut & γ. Ammianus Marcellinus, γ. l. 21.
decurtatos, integros vero refert δ. Clemens Alexandrinus, δ. l. 5. *Sermon.*
hi sunt: Ἄπαντι

Ἀπάντι δαίμων ἀνδρὶ συμπάριστα
Εὐθὺς γενομένῳ, μυσταγωγὸς ἔστι βίῃ
ἀγαθῆς. Κακὸν γὰρ δαίμον' ἔνομιστον
εἶναι, βίον βλάπτοντα χηρῶν.

Servius quoque duos Genios affirmat. Cum nascimur,
ad l. 6. Aeneid. & scribit, duos sortimur Genios unus qui hortatur ad bona,
Virg. 9. 743. alter qui depravat ad mala: quibus assistentibus post mor-
tem aut asserimur in meliorem vitam, aut condemnamur

ζ. Theol. Schol. l. c. in deteriolem. Etiam ζ. Becanus singulos homines non
solum bonum, a quo defendantur, sed etiam malum
angelum, a quo impugnentur, habere, antiquissima tra-
ditione non modo Christianorum, sed etiam Hebræorum
traditum esse scribit. Quam, addit, traditionem ex anti-
quo libro Pastoris, & epistola Barnabæ, quam olim inter
Christianos in magna auctoritate fuisse legimus, veteres au-
tores probare solent, ut Origenes hom. 10. in Luc. & l. 3.
de princip. c. 2: & Cassianus coll. 8. c. 17. & coll. 13. c. 12. &
Beda in c. 12. Actor. Confirmant eandem traditionem Gre-
gorius Nysenus in vita Mosis, & autor operis imperfecti
hom. 5. in Matth. Sed quid, Becane, de libro Pastoris sentit

η. de script. Eccles.

sec. 1. p. m. 34. 35.

η. Bellarminus? Quamvis, ait, hic liber multa utilia ha-
beat, ut Sanctus Hieronymus scribit: habet tamen etiam
aliqua noxia, ut de unica penitentia secundum errores No-
vatianorum, quibus hic liber omnino favere videtur: ut
etiam illud de duobus Geniis, sive de duobus Angelis, uno
bono & altero malo, singulis hominibus a Deo tributis, quem
errorem ex hoc auctore accepit Jo. Cassianus, & ante eum
Origenes. De epistola Barnabæ vero videatur ex parte
θ. Rivetus.

θ. Cris. 8. l. 1. c. 6.

ς. 2. Bonus Genius Socratis fuisse dicitur alio-
rumque. Bonus & iste, qui Trajanum in summa Antio-
chiæ calamitate, ac cum ea urbs terræ motu magnam
partem læderetur, eduxit foras, ut est apud Dionem Cas-
sium. Τραϊανὸν δὲ, scribit, διέφηγε μὲν Ἀγ' Ἰουίδ' ὁ
ἐκ τῆς οἰκίματ' ἐν ᾧ ἦν, προσελθόντ' αὐτῷ μείζο-
ν

ι. 68.

νῦν τινὸς καὶ ἀνδρωπον, καὶ ἐξαγαγόντ' αὐτὸν, ὡς μι-
κρὰ ἄτλα πληγέντ'α περιγενέσθαι. Ejusmodi boni Genii
effigies visitur Romæ, & in illum hi versus:

Quis tu late puer? Genius: cur dextera aristas,

Leva uvas, vertex curve papaver habet?

Hæc tria dona Deum; Cereris, Bacchi atq; Saporis.

Namque his mortales vivitis & Genio.

Vide κ. Henricum Salmuth.

in ad. tit. 1. l. 2.

Pancroll.

l. 1. 2. ep. 2.

§. 3. Genium malum vocarunt *sinistrum*; Hora-
tius appellat *atrum*, sicut bonum *album*. λ.

Scit Genius natale comes, qui temperat astrum,

Natura Deus humane, mortalis in unum,

Quodq; caput vultu mutabilis, albus & ater.

Fortasse a forma, in qua apparuit, de qua exponemus

alibi. Pindaro μ. malus Genius est δαίμων ἑτερος. Si μ. od. 3. Pyth.

cut ex v. Festi sententia apud Latinos *Alter* & pro non. in voce *Alter*.

bono ponitur, ut in auguriis altera cum appellatur avis.

quæ autique prospera non est. Sic alter nonnunquam pro

adverso dicitur & malo. Is visus, omen mortis præbuit,

æcu Genium malum apparuisse Bruto tradit ζ. Plutarchus. circe fin.

Ἦν δὲ τοῖόν δε, μέλλων τὴν στρατὸν ἐξ Ἀβύδου ἀναβιβάζειν

εἰς τὴν ἐτέραν ἡπειρὸν, ἀνεπαύετο νυκτὸς (ὡς περ εἰώθει)

καὶ σκηνὴν, ἧ καθεύδων, ἀλλὰ φροντίζων περὶ τὰ μέλλον-

τα. φόβος δὲ τινὸς αἰσθεσάμενος περὶ τὴν δύσιν ἔδοξε, καὶ

πρὸς τὸ τὸ λύχνος φῶς ἤδη καταφερμένον σκεψάμενος,

ὄψιν εἶδε φοβερὰν ἀνδρὸς ἐκ φύλης τὸ μέγεθος, καὶ χα-

λεπῆ τ' εἶδεν. Ἐκπλαγεὶς δὲ τ' πρῶτον, ὡς ἑώρα μὴτε

πράττοντά τι, μὴτε φηγγόμενον, ἀλλὰ ἐστῶτα σιγῇ πρὸς τὴν

κλίνην, ἠρώτα ὅστις ἐστίν. Ἀποκρίνεται δ' αὐτῷ τὸ φάσμα.

Ὁ σὸς ὦ βεῖτε δαίμων κακός· ὄψη δέ με περὶ Φιλίππου.

ἔτε μέν ἐν ὁ βεῖτε εὐχαρῶς, ὄψομαι, εἶπεν. Καὶ τὸ δαι-

μόνιον εὐθύς ἐκποδῶν ἀπῆε. Interpretem hujus damus ο.

Florum: Ipsi Bruto per noctem, quum illato lumine ex more

aliqua secum agitaret, atra quadam imago se obtulit: &

quæ esset interrogata; Tuus, inquit, malus Genius, Hoc dixit

l. 4. c. 7. & Sid

Jacob. Zedecor. in

b. l.

D

⊗

l. 9. c. 7.

g. l. 9. annal.
Bojor.
a. cent. 2. c. 16.
hor. succis.

& sub oculis mirantis evanuit. Addidit apud Plutarchum: In Philippis me videbis. Cui animose respondit Brutus: videbo. Cassio etiam Parmensi ante mortem malus Genius se exhibuit videndum. Is enim apud Actium, verba π. Valerii Maximi sunt, M. Antonii fractis opibus, Athenas confugit: ubi concubia nocte, cum solitudinibus & curis, mente sopita in lectulo jaceret, existimavit ad se venire hominem ingentis magnitudinis, coloris nigri, squalidum barba, & capillo demisso: interrogatumque quisnam esset, respondisse κροδοίμορα. Perterritus deinde tam retro visu, & nomine horrendo, servos inclamavit, sciscitatusque est, siquidem (al. an quem) talis habitus, aut intrantem cubiculum, aut exentem vidissent. Quibus affirmantibus neminem illuc accessisse, iterum quieti & somno se dedit: atque eadem animo ejus obversata est species. Itaque fugato somno, lumen introferri jussit, puerosque a se discedere vetuit. Inter hanc noctem & supplicium capitis, quo eum Caesar affecit, paululum admodum temporis intercescit. Nec multum dissimile exemplum existat apud g. Aventinum referente σ. Camerario. Cum enim aliquando Henricus III. Imperator navigaret circa oppidum Austriae Greinon, eumque alia navi comitaretur Bruno Würtzburgensis Episcopus, cognatus ejus, cumq; saxo cuidam eminentiori allaberetur, atra Æthiopsis imago, satis nimis aperte ferale, ut exitus probavit, signum, ibidem constitit, Brunonem appellans: Heus, heus Episcope, malus sum, inquit, Genius tuus, meus es, & quovis gentium proficiscare meus eris. Nihil quidem in presentia agere adversus te habeo, brevi tamen iterum me videbis. Paucis autem diebus post casu quodam extinctus est Bruno. Sed hæc de duobus Geniis sufficiant.

§. 4. Nunc cultum specialis Genii paucis iustabimus. Colebatur ut alio tempore & sæpe, ita præcipue die natali, vino, thure, floribus, fertis, choreis.

G.



Genio, inquit, ζ. Censorinus, potissimum quotannis sa. ζ. de die nat. c. 3.
crificamus. De vino v. idem: Hunc diem (natalem v. l. c. c. 2.
scilicet) quod ait Φ. Persius, numeram meliore lapillo. id. Φ. Sat. 2.
que quam sepius facias exopto, & quod idem subjun-
git, funde merum Genio. De reliquo cultu χ. Ovidius, x. l. 5. Trist.
cum uxoris natalem celebraret; eleg. 5.

Da mihi thura puer, pingues facientia flammis,
Quodq; pio fœsum stridat in igne merum.

ψ. Tibullus:

Huc ades & centum ludis, Geniumq; choreis
Concelebra, & multo tempora funde mero.
Illius e nitido stillent unguenta capillo,
Et capite & collo mollia sarta gerat.

ψ. l. 1. eleg. 8.

Rursus ω:

Dicamus bona verba, venit natalis ad aras,
Quisquis ades, lingua Vir mulierq; fave.
Urantur pia thura focis, urantur odores,
Quos tener a terra divite mittit Arabs.
Ipse suos adsit Genius visurus honores.

ω. l. 2. eleg. 24

Cui decorent sanctas florea (Simon Abb. Gab-
bema l. mollia)
sarta comas.

Illius e puro destillent tempora nardo,
Atq; satur libo sit madeatq; mero.

Nolumus congerere plura.

S. 5. An victima Genius fuerit cultus die natali, videmus
dubitari. Nam in die natali Genium sine langvine cultum
nonnulli esse tradunt. Forsitan quis querat, ait a Censorino, a. de die nat. c. 2.
quid cause sit, ut merum fundendum Genio, non hostiam faci-
undam putaverit? quod scilicet ut Varro testatur in eo
libro, cui titulus est Atticus, & est de numeris, id moris in-
stitutique majores nostri tenuerunt, ut cum die natali mu-
nus annale Genio solverent, manum a cæde ac sanguine
abstinerent, ne die, qua ipsi lucem accepissent, aliis deme-
rent. Eruditissimus quoque Casaubonus natali die nus-

quam legi mactatam ullam in honorem Genii victimam
β. affirmat. At vero contrarium probant γ. Gyrat-
δus & δ. Dempsterus ex illos ε. Horatii:

β. comm. ad Sat.
2. Persi.
γ. Syntagm. 15.
Hist. Deor.
δ. paralip. ad l. 2
ε. 14. A. R. Rosini.
sol. 3. ed. 17.

Cras Genium mero

Placabis & porco bimestri.

Sed *Casaubonus* hoc negat accipiendum esse de die natali.
Imo si *Varronis* & *Censorini* adducta ratio vera esset & va-
leret, prisci die natali nullam plane hostiam mactare, &
nec soli Genio, sed nec *Dis Deabusq;* aliis offerre debuis-
sent. Quod tamen posterioribus seculis non fuisse ob-
servatum, aliquot exemplis probari potest. *Horatius*
ζ. ubi *Phyllidem* invitat ad celebrandum natalem *Me-*
cænanis, hæc in verba lyram solvit:

ζ. 4. od. 15.

Ridet argento domus: arca castis

Vincta verbenis: avert immolato

Spargiet agno.

η. Sat. 15.

Nec obscure η. *Juvenalis*:

Et natalitium cognatis ponere lardum,

Accedente nova, si quam dabat, hostia carne.

θ. p. 228. n. 8.

Vetus quoque inscriptio apud θ. Gruterum testimonio esse poterit:

DECRETUM

AEDICULAM. ET. STATUAS. HAS. HOSTIAM
DEDICATIONI. VICTIMAE NATALI. AUG
VIII. KAL. OCTOB. DVAE. QVAE. P. P. IMMOLA
RI. CONSVETAE. SUNT. AD. ARAM. QVAE. NUMINI
AUG. DEDICATA. EST. VIII. KAL. OCT. IMMOLETUR
ITEM. NATALI. TIBERI. CAES. PERPET. ACTURI
DECURIONES. ET. POP. CENET. QVAM. IMPENSAM
C. CASCELLIO. LABEONI. IN. PERPET. POLLICENTI
GRATIAE. AGANTUR. MUNIFICENTIAE. EJUS
EQ. NATALI. UT. QVODANNIS. VITULUS. IMMO
LETUR. ET. NATALIB. AUGUSTI. ET. TIBERI

CAESS.



CAESS. PRIUSQVAM. AD. VESCENDUM DECURIO
NES. EANT. THURE. ET. VINO. GENII. FORUM
INVITENTUR.

Facit huc etiam illud, quod *Lampridius* de *Alexandro*
Severo Imperatore *scribit*: *Cum natalem diem com-* *in vita ejus*
mendaret, hostia cruenta effugit: & ut se civiliter gerebat,
ac permixtus populo erat, albam ejus vestem, cum qua con-
stiterat, cruentavit. Fortastean & Genio victima die
natali oblata. Ponderetur, inscriptio apud *x. Gruterum*, *p. 119.*
esli haud integra:

COLLEG. ADF.

IN. CAPITOLIO. OB. NATALEM NERO
NIS. AUG. GERMANICI. JOVI. B. M. JUNONI
VACCAM. MINERVÆ. VACCAM. FELICI
TATI. PUBLICÆ. VACCAM. CONCORDIÆ. VACCAM
GENIO. IPSIUS. TAURUM. IN COLLEGIO. ADFVERVNT
SVLPICIUS. CAMERINUS. MAGISTER. M
APONIVS. SATVRNINVS. C. VIPSTANVS
APRONIANVS. L. SALVIUS. OTHO. TITIA
NVS. T. SEXTIVS. AFRICANVS.

§. 6. Quoniam porro *Genius* λ. Deus naturæ, & λ. *Horat.* l. 2.
p. præpositus esse ac vim habere omnium rerum gi- *ep. 2. v. 187.*
gnendarum credebatur, in nuptiis in honorem *Genii* *Isidor.* l. 8.
lectus sternebatur, & *Genii maritorum* advocabantur; *orig. c. 11. August.*
unde & ipsi lecto nomen adscitum. *Lectus Genialis*
est, ait, v. Festus, qui nuptiis sternitur in honorem Genii, n. in voce hac:
unde & appellatur. Hoc modo illud *Horatii* expo- *l. 1. ep. 1. v. 87.*
nunt:

Lectus Genialis in aula est.

Atque o. *Virgilio*:

Lucent Genialibus altis

Aurea fulera toris.

d. l. 6. En. v. 603.
604.

D 3

Fido.

g. l. 10. de A. A. Videtur huc quoque allusisse *g. Apulejus*: Jam populo
 postulante illam de publico carcere mulierem, quam dixi
 propter multiforme scelus bestiis esse damnatam, meaque
 praeclaris nuptiis destinatam: Et jam torus Genialis scilicet
 noster futurus accuratissime desternebatur. Hunc
 vero lectum Genialem sternebant vel novae nuptiae, vel
l. 2. contra Gent. propinqui. Diserte *σ. Arnobius*: Cum in matrimonio
 convenitis, toga sternitis lectulos, & maritorum Genios
σ. pro Cluentio advocatis. Cicero *τ*: Lectulum illum Genialem, quem
 biennio ante filia sua nubenti straverat, in eadem domo si-
 bi ornari & sterni expulsa & exturbata filia jubet.

g. ad l. 2. c. 14. A. *R. Rosini.* *g. in Julio c. 83.* *g. l. 6. A. A.* *ψ. Sueton. in Ci-*
sa c. 27. *ω. in apolog. c. 28.* *α. l. si duo 13. ff. de iure ju-*
rando *β. apolog. c. 32.*

g. 7. Tam magna insuper veneratio Genii fuit,
 ut per eum jurarint. Imo sanctissimum juramentum
 fuit, per Genium Principis jurare, hoc est, ut *v. Dempste-*
ro exponere videtur *φ. Suetonius*, interposito per *Cesa-*
rem iurejurando. Ita apud *χ. Apulejum* Genius Prin-
 cipis a militibus adjuratur. Ac videntur Imperatores
 ipsi hoc affectasse, sicut Caligula multos acerbè punivit,
 quod nunquam per Genium suum dejerassent. Fuit
 tum tutius per Deos, quam per Genium Caesaris pejerare
 Citius apud vos, inquit *ω. Tertullianus*, per omnes Deos,
 quam per unum Caesaris Genium pejeratur. Nam si quis
 per Genium Principis pejeraverat, fustigatione punieba-
 tur. Sic enim *α. Ulpianus*? Si quis juraverit in re pecu-
 niaria per Genium Principis, dare se non oportere, & pe-
 jeraverit: vel dari sibi oportere, vel intra certum tempus
 juraverit se soluturam, nec solvit, Imperator noster cum pa-
 tre rescripsit, fustibus eum castigandum dimittere, & ira
 ei superdici, *ωεγαπετως μη ομνυς*, petulanter ne jurato.
 Christiani autem nolebant jurare per Genium, sed jura-
 bant per salutem Principum. Satis aperte *β. Tertullia-*
nus: Juramus sicut non per Genios Caesarum, ita per sa-
 lutem eorum, que est angustior omnibus Geniis. Et pau-
 cis

cis interjectis: Caterum Demonas, id est, Genios adjura-
re consuevimus, ut illos de hominibus exigamus, non de-
ierare, ut illis honorem divinitatis conferamus.

Sed finiamus hac vice.

Θεῶν ἢ δαίμονα.

Corollaria.

I.

An Paradisus adhuc exstet? Negatur con-
tra Bellarminum l. de gratia primi hom.
c. 14.

II.

An vini usus fuerit ante diluuium? Di-
sputabimus exercitii gratia in utramque
partem.

III.

S. Petrum unquam Romæ fuisse ex Histo-
ria S. probari nequit.

IV.

Certamen Petri Romæ cum Simone Mago,
ejusq; de hoc victoriam, haud ita probavit
Baronius, aut etiam potuit, ut non maneret
historia suspecta, dubia & incerta; ideoq; non
erat cur Bellarminus inter prerogativas Pe-
tri referret.

V. Ge-

V.
Genit gentilium sunt fidelium Angeli.

VI.
Julius Caesar apud Romanos ante Augustum cultus est virus honore divino.

VII.
Dormitavit AGellius in Noctibus suis Atticis, quando l. II. c. 6. scribit mulieres Romanas per Herculem non jurasse.

F I N I S.

Pre-Eximio atq; Eruditè Docto.
DN. LUDOLPHO OTTONI STECHAW,
S|S. Theosophiæ & Philologiæ Studiofo
solertissimo,
Fautori ac Amico sincerè colendo,
De GENIIS disputaturo
S. D.

Ingenium præbes doctum, dum scribis AMICE
De GENIIS, *Genium* laudo proboque Tuum

Honoris & Amoris ergò f.

Joh. Friedericus Gerhardus,
S.S. Theol. Lic. & Phil. Fac.
Adjunctus.

Ecce

Ecce Deum Genios Hominum conjungis, ad illos
Evolat ingenii vis agitata tui!
Scilicet Aonidum in latebris mysteria rerum
quærere, ut in lucem dentur, Amice, juvat.
Applaudit Genius bonus, & feliciter! addit.
Esse omnis voti vox ea summa solet.

In honorem Pereximii atq; Eruditis-
simi Dn. Respondentis, Amici
charissimi f.

PRÆSES.

Diseris Egregio dum Tu sub Praside doctus
De Geniis hominum de Geniisq; Deum:
Dum quid sint Criticis sudas ostendere chartis,
Ostendis pariter quid valuisse queas.
Monstras sub celebri Te desudasse Minervâ,
Nec Temet genio sacrificasse tuo.
Arte decorus adis linguâ pollentis Isei,
Et Criticæ cathedras arte decorus adis.
Ausu maeste tuo! calathis munuscula plenis
Cynthius ipse feret, Pieridesq; Tibi.
Ausu maeste tuo! sic ardua scandis honorum
Culmina: sic fidus pergis ad astra novum.
Ausu maeste tuo! sic orbis crescit; opime
Sic fueris patriæ deliciaq; Patri,
apponere voluere ipsius

COMMENSALES.

TE cupide libros doctum volvisse virorum,
Stechovi, dubium nobis non suppetit ullum.
Sed quia non satis est volvisse volumina cuncta,
Propterea cathedram, præclaro Praside WONNA
Scandis, ut exponas Genios hominum atq; DEorum.
Laudandus certè conatus! gratulor ergo
Hoc de conatu, precibusq; gementibus oro,

E

ut



Ut DEUS ex Cœlis Tibi Sacri Flaminis auram
Immittat, Geniumq; bonum, qui Te regat, addat.
Tramite quò cœptò currendo pergere possis,
Ac tandem patriæ fructus & commoda ferre.

Philas Evera

apposuit

Joh. Fridericus Treiberus,
Osthusiô-Thuringus.

Was ist ein edles Thun/ Es sind gar schöne Sachen
Wann man durch seine Kunst sich welt-berühmt kan
machen/

Ja durch der Mufen Gunst sich hin zum Sternen
bringr.

Und mit verdienem Lob' viel tausend Mänter zwingt.
Zwar jener wil zur See/ wil sich im Streiten üben/
Und sich zum Seegel tran't; Ein ander trägt Belieben
Den Degen recht zu führen/ hat Lust zum Ritterspiel/
Lest auf Gedanken nicht wie er recht kämpffen wil.

Daber Nichtigkeit! Dis ist gar nichts beginnen.

Wie meinen Geißern scheint; Sie sind weit andre Sinnen/
Nie gilt kein Ritterspiel/ nie gilt kein Degen-Kampff/

(Ich sag' es noch einmal) Es ist nur Nebel/ Dampff

Stechhausen achters nicht: Ergiebt sich solchem Hauffen/

Nie nach Parnassus-Berg/ nach Pallas-Zimmer lauffen/

Er felt den Mufen bey/ dem treu-getreunten Chor/

Er ist darauff bedacht/ wie er sich thu' hervor

Durch Kunst und Wissenschaft. Sih da/ es komr gereiten/

Ein Post mit schnellem Schritt: wer Ihn wil sehen streit/

Der gehe eilends fort hin zu dem Mufen-Thron/

Er beweist mit Augenschein/ daß er sey Themis-sohn.

Hiscæ paucis lineolis per-Eximio nec non

Doctissimo Dn. Respondenti gratulari

vult

Johannes Fridericus VViendall,

èGuessthal. Herdecce-Marcanus.

Von-

Vendere cum noris Musas sua dona labore
Evolvis libros nocte dieque tuos.
Pergito praefixam porro decurrere metam
Sic capies studiis digna Begebia tuis:

Gratulab. hæc apposuit

Johannes Heribertus de Horst,
Osnabrugensis.

Dum scandis STECHAN, Cathedram, doctissime
doctam,

Grator, & ex animo commoda mille precor.

In honorem Dn. Respondentis
apposuit,

J. L. Krausse/ Apolda Thur.

DE GENIIS doctè dum disferis optime amice
STECHOVII, magnum suscipis artis opus.

Atq; Deo magno charum, qui mandet iisdem
Hæc vitæ fragili, quo tibi sint comites.

Dirigat ipse viam Ter Maximus, atq; benignos
Successus studiis, det precor hisce tuis.

Ut tandem dignos capias sudoris honores;

Atq; brevi letus premia summa feras;

Multa tibi vitæ concedat tempora JOVA,

Nec nisi grandævum, fata suprema vocent.

Hæc voti summa est, quod suscipe fronte serenâ:

Ac mi præ reliquis, perge favere tuis.

Præximio atq; eruditè Docto Dn. Lüt-

dolpho Ottoni Stechovio, hæc ex af-
fectu planè fraterno apponere voluit

Nicolaus Stubenrauchius,
Numburgò Misnicus.

Non satis est mutis usq; insenuisse libellis,
Rerumq; ingentes evoluisse tomos.

Efferri liquidas debet doctrina sub auras,

Pridemq; aggestas promere oportet opes.

Hæc

Hæc benè perpendens cathedram STECHOVIUS inde
Scandit, de GENIIS disserit atq; docet.
Gratulor his ausis, durum commendo laborem,
Quò lauri & laudis parta brabea capit.
Pergas, sic tandem Patriæq; Tibiq; Tuisq;
Progresu annorum commoda multa feres.

*Pauxillis hisee amico suo integerrimo
gratulari voluit*

Ludolphus Burchardus Wolbrecht,
Hagenburgensis Scaumburgicus.

N *Umicum simili studeat
Res quacung; sui; non tolerant aquam
Igne, atque petunt sibi
Admotis aliis crescere flammulis
Quin se deciduis quoque
Addunt fluminibus flumina cursibus,
Expers pondere corporis
Sese spiritibus spiritus applicat.
Ergo cum tibi flammea
Insit vis animi, cetera spernere
Constans, dignaque maximis
Infigi, genii, prime sodalium
Stechovi, agmina spiritum
Jam dudum incuberet tuis nisibus ingeni.
Majori hinc merito tuus
Se prodit genius mentis acumine.
Fertur nempè volucris
Turba spirituum motibus, impotens
Sisti; nec tuus otio,
Stechovi, genius ducere tempora,
Aut rubigine conditum
Torporis tulerat claudere turpiter
Ævum: sic age, sic viam
Querunt non dubii ad sidera spiritus
Majores animi manent
Conatus merito premia strenuos.*

LEVIN-JOH. DEDEKINDUS,
Copenbrucca Brunsvicensis.



FB 3341


ULB Halle 3
001 846 40X



TA-OC

W 17







19.

18

Q. D. B. V.

EXERCITATIO HISTORICO-
PHILOLOGICA

De

GENIIS DEORUM ET HO- MINUM,

Quam

benevolo Amplissimi Philosophorum Ordinis
consensu,

in illustri propter Salam Academia

PRÆSIDE

M. GEORGIO *Bonna/*

Poët. L. Cæsar.

publico examini sistet

LUDOLPHUS OTTO STECHAU,

Ulzensis Luneburgicus,

pridie Cal. Februar.

anno MDCC LXIII.

Literis KREBSIANIS.

